

(S) In nomine domini dei eterni. anno dominice incarnacionis millesimo centesimo.
centesimo. et tricesimo sexto. undecimo die mensis februarii. Indictione
quarta decima; Ecclesie beatissimi georgii. constructa in braida prope
[illegible] actum. nos martinus filius quondam gisilberti. et ropega iugales. ab
[illegible] de mercadero. qui professi sumus lege vivere langobardorum. ipso iam nomine
michi consentiente et subscripta ipsa lege una cum noticia de propinquioribus pa-
rentibus meis idest oto filius meus et oto frater meus. In quorum presencia vel
testium. non sum passa ullam pati violentiam aquopiam homine nec ab ipso viro
meo. offersores et donatores ipsius ecclesie. in qua presenti tempore dompnus ve-
nerabilis peregrinus sacerdos preesse videtur. et ab omnibus hominibus ne sibi allegare sit.
consistens in sanctis ac venerabilibus locis. de suis aliis et ceteris rebus. nisi [illegible]
nis [illegible] conpluri accipiet. et vitam eternam possidebit. idoque donamus et offe-
rimus in ipsa ecclesia pro animabus nostris. et parentum nostrorum mercede. pecia una de terra aratoria
iuris nostri que esse videtur in loco ubi dicitur rusteredi. habet de uno latere per longum per-
ticas integras duas. et alio per transversum. de uno capite perticas septem et
alio perticas sex pedes sex. coheret ei de uno latere peregrino ferrario
habet. et alio latere zeno zerco habet. de uno capite terra scissimi zenonis de
[illegible]. et alio via pertinet. sive si aliis sunt coherentes. Quam autem supra
scriptam terram iuris nostri superius dictam. cum accessione et ingressu integrum
ab hac die ipsi ecclesie offerimus. et per presentem cartam offersionis in ea hab-
endum confirmamus. faciendum exinde fratres de ipsa ecclesia et cui apar-
te ipsius ecclesie data fuerit iure proprietario nomine quicquid voluerint. aut previ-
derint. sine nostra et nostrorum heredum contradicione. Quidem promittimus
et spondemus nos martinus et ropega iugales. et nostros heredes ipsi
ecclesie. et cui aparte ipsius ecclesie data fuerit. ab omni homine defen-
sare. quod si defendere non potuerimus. aut si eis exinde aliquid per aliquod in-
genium subtrahere quesierimus. tunc in duplum eandem offersionem ut supra
legitur. eis restituamus. sicut pro tempore fuerit meliorata aut
valuerit sub estimacione in consimili loco. et nec nobis liceat
ullo tempore nolle quod voluimus. sed quod a nobis semel factum est
quod scriptum est. inviolabiliter observare promittimus. cum stipulacione
subnixa; Actum in suprascripto loco. vicoalberi; Signa + + manus subscripcio-
ne martini. et ropege iugalium. qui hanc offersionis cartam
scribere rogaverunt ut supra; Signa + + + manuum inposicio-
ne reinaldi. et iohannis zonis. atque aldegerii. [illegible] testium;

(S) Ego trasmundus notarius. rogatus. hanc cartam
offersionis scripsi;

ARCHIVVM SECRETVM APOSTOL. VATICANVM

(17)

Riproduzione ad uso della Scuola Vaticana di Paleografia